



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 155. A Galliarum Rede Pontifex proclamatur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

que mandatis ab omnibus obtemperare- Sæcul. XV.
 tur, aliaque cuncta vel nomine Felicis, A. C. 1447.
 vel a Basileensi Concilio impostero publicanda rejicerentur. Vnde factum, ut
 brevi Basileensis factionis auctoritas penitus evanesceret, tantoque terrore ejusdem
 fautores percellerentur, ut ipse Felix de abdicatione sui Papatus serio cogitare
 cœperit, in id tantummodo intentus, ut saltem honesto, suæque Personæ haud indecenti modo
 dignitatem exuere sibi liceret, qui aliunde partim nativo pacis studio, partim Galliarum
 Regis, qui eum assiduis hortationibus ad unionem Ecclesiæ reddendam sollicitabat,
 precibus expugnatus, ad cedendum paratum sese exhibebat.

§. CLV.

*Nicolaus a Rege Galliae Pontifex
proclamatus.*

Enimvero Francorum Rex ob Eugenii Mezer. epit.
 mortem a ceptis consiliis nec latum Hist. Gall.
 unquam recedebat, & vix comperta Nico- Carl. VII.
 lai V. inauguratione, ut summum animi an. 1446.
 sui gaudium ob ejusmodi electionem coram
 universo orbe significaret, confestim
 solemnem Legationem Pontifici obedientiam
 deferre decernebat. Forsitan, inquit
 Mezerayus, inde ortum duxit celebris
 illa consuetudo, qua Reges ad singulos

Sæcul. XV. A. C. 1447. summos Pontifices ingenti pompa, ac maximis impensis solemnes illas Legationes decernunt, obsequii sui fidem professuri. Cum vero Ludovicus Sabaudiaë Dux per suos Legatos Carolum Regem rogasset, ut Synodum convocaret, priusquam Nicolaum pro vero Pontifice agnosceret, Rex, donec Sabaudi postulatis respondisset, suos ad Papam Legatos decernere aliquamdiu distulit. Sabaudus interea, ut eo certius postulata consequeretur, ipse Regem Bituricis adiit, ubi plurima utrinque colloquia hac de re habita fuere. Cum autem ambo pari studio unionem exoptarent, nullo negotio in omnia restituendæ pacis media conspirarunt. Igitur Sabaudiaë Dux omnem se navaturum operam spondit, ut Amadæum Patrem suum ad Papatus abdicationem induceret, Carolus VII. quoque hanc cessionem pro viribus suis urgere pollicitus est, ante omnia tamen Nicolaum verum, ac unicum Papam colere decrevit, eidemque ad literas, quas vix peracta sui electione Regi miserat, responsum dedit.

§. CLVI.

Epistola Pontificis ad Regem Franciaë.

Data erat hæc Neo-electi Pontificis epistola ad Carolum die vigesima prima
prima